thematicum pulverem ut à Cicerone in libris de natura DEORVM appellatur, favor omni laude digniſsimus, ut, cum Theoriæ planetarum, in quibus fundamenta numerandi & prænunciandi præcipua motuum cœleſtium φαινόμενα docentur, hoc tempore recudendæ eſſent, eiusdem Celſitudinis veſtræ auguſtiſsimum nomen ſubiectiſsimè præfigendũ eſſe iudicarem. Multis iam annis deſiderata ſunt Theoriarum PVRBACHIANARVM cum eruditiſsimis ſcholiis doctiſsimi REINHOLDI exemplaria in Academiis, non ſine inſigni harum diſciplinarum jactura. Cum igitur aliorum hac in parte opem diutius, ſed fruſtra expectaremus, ego hominum ſtudijs publicis ſincere cupientium conſilio, & crebris adhortationibus commotus operi quanquam difficili manum admovi, & non ſine ingentibus & longè ſupra vires rei me Oeconomicæ poſitis ſumtib. ſchematum &

dia-